UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christianæ. Institvtionis Formula

Sonnius, Franciscus

Sylvædvcis, 1570

Oratio Avthoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30409

Visual Library

ORATIO AV-thoris.

DEus cœli. Deus angelorũ. Deus
Archangelorũ. Deus omniũ be
ne viuẽtiũ. Deus cui nũquã ſine ſpe
miſericordiæ ſupplicatur. Sis oro ſu
per nos miſericors & propitius
propter te, tuum nomẽ, & hoc ipſum
quod es: quia Dominus vniuerſorũ
es, pater miſericordiarũ: & Deus
totius conſolationis, Et propter vni
genitum filium tuum Dominũ noſ-
trum Ieſum Chriſtum ac redempti-
onem, quæ eſt in ſanguine eius, per
illã gratiã profuſisſimam quã fecit
ſpiritus tuus ſanctus in vniuerſo mũ
do: etiã in peſſimis et impuriſſimis
hominibus, Eſto domine. fiat obſe-
cro, ad interceſſionem beatæ Mariæ
virginis, Apoſtolorum tuorũ, Patri-
archarum, Prophetarũ, Martyrum,
Confeſſorũ, Virginũ. Et omniũ qui
aut nũc regnãt tecũ, glorioſi in cœ-

lis, aut

lis, aut nobiſcũ adhuc viuunt vitam vtcũq; tibi gratam in terris, Qui viuis & regnas in ſecula ſeculorum benedictus. Amen.

Predictæ orationi ſubiungantur Pſalmi ſubſequentes. Inclina Domine aurẽ tuam & exaudi me. Pſal. 85. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis. Pſal. 66. In te domine ſperaui non confundar in æternum. Pſal. 30.